



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

18. Expectatio B. V. Mariæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

XVIII. Decemb. Expectationis B. V. M. 693

Ave in honorem septem Festorum Mariæ. Qui elucidant me, vitam habebunt æternam.

## Festum Expectationis Beatissimæ Virginis Mariæ.

### EXHORTATIOUNCULA I.

**E**xpectat Maria Redemptionem nostram. O quali cum gaudio! quantâ modestiâ, & puritate! Chare fili! nunc quid & nos expectamus, ut in cor nostrum veniat oriens ex alto Christus Jesus cum omnibus suis donis, & gratiis? Præparetur itaque cor, & illis exornetur virtutibus, quibus excoluit Maria, & videbimus gloriam Domini intra nos. Animi, & corporis mundities oculos mentis acuit ad videndum Deum. S. Xav.

### Instructio meritoria.

Speciali affectu, & devotionis sensu gratulemur Mariæ ad instans Nativitatis Dominicæ gaudium; quod, ut usque ad ipsum festum debitè præveniamus, quotidie recitemus novem Pater, & Ave, & si fieri potest, etiam novies Magnificat in

694 XVIII. Decemb. Expectationis B. V. M.

in honorem novem mensium, quibus  
Jesum portavit sub immaculato, ac vir-  
gineo utero. *Unde sordes in domo, in*  
*qua nullus habitator terræ accessit, so-*  
*lus ad eam ejus fabricator, & Dominus*  
*venit.* S. August.

II.

**Q**uid sibi Festum Expectationis? Ut  
agnoscamus Redemptionis nostra  
beneficium, & grande in Maria  
admiremur Maternitatis Mysterium.  
Pro primo gratias agamus SSS. Trinita-  
ti: Pro secundo collætemur Mariae.  
Hinc Maria effecta est sabbatum no-  
strum, quô requiescimus; Solis dies,  
quô illustramur; Lunæ, quâ benignè re-  
ficiimur; Martis, quô & certamus, & vin-  
cimus; Mercurii, quô sapimus; Jovis,  
quô lætamur; Veneris, quô castè amare  
didicimus. Ita Salazar.

*Instructio meritoria.*

Utrumque ut devotè, & dignè reco-  
lamus, ad signa Salutationis Angelicæ,  
ubi ubi fuerimus, humiliter flectamus,  
& manibûs erectis veneremur contenta  
in salutatione Redemptionis Sacramen-  
ta.



ta. Pro venerazione septem gaudiorum  
Beatissimæ Virginis *Coronam* hodie Ma-  
rianam cum mysteriis gaudiosis persol-  
vamus. Hoc Mariæ privilegium est,  
quòd, quidquid post Deum pulchrius,  
quidquid dulcius, quidquid jucundius  
in gloria est, hoc Maria, hoc in Maria,  
hoc per Mariam est. S. Bonaventura.

III.

**Q**uod quondam Isaias, id nobis qua-  
si innuit his diebūs Maria: *Confor-*  
*tamini, & nolite timere! Ecce*  
*Dominus noster veniet, cum virtute, &*  
*illuminabit oculos servorum suorum.*  
*O felicia tempora! his sancta respondeat*  
*vita!*

*Instructio meritoria.*

Sed quomodo? Manè dum surgimus,  
à vespere dum lectum sternimus, & ad  
noctem dum cubitum petimus, flecta-  
mus genua, & adoremus Jesum in utero  
Matris, & dicamus: *Centies millies lau-*  
*detur dulcissimum Dei Verbum pro nobis*  
*Incarnatum hic & ubique semper. Ad-*  
*damus & quotidie tempore opportuno*  
*illas 7. Antiphonas, quæ incipiunt sub*  
*littera*

696 XX. Decembris. S. Dominici à Silos.

littera O majore. Simus ò chare! devo-  
ti servi Filii, servitutem fideliter appera-  
mus Genitricis. Sic nempe refertur ad  
Dominum, quod servit ancillæ: sic re-  
dundat ad Filium, quod impenditur Ma-  
tri: sic transit honor in regem, qui  
defertur in famulatum Reginæ. S. II.  
deph.

Festum S. Dominici à Silos ex  
Ord. S.P. Benedicti.

EXHORTATIUNCULA I.

**P**ascit hic parvulus oves paternas!  
subitò exardescere incipit desiderio,  
& amore magnæ sanctitatis & obtinuit  
contemptu fæculi. Abundamus mihi  
vitiis: caremus desideriò Christianæ  
sanctitatis? Quæ causa? Nimius mundi  
amor, & tœdium virtutis. Deum in-  
quiramus. Nemo imbecillis est, qui  
scienter nititur ope divinâ. Miramur,  
nos non operari magna? Credidero;  
Quia magna non speramus. Nostræ  
confidentiæ commensurat Deus influ-  
xum gratiæ. Hâc viâ scandemus ad ma-  
xima.

In-

